a) 'Et — signavi' ist mit dunklerer Tinte angefügt Or. b) 'civis Pisanus' folgt B. c) B hat immer 'sententia' statt 'comissio'. d) 'scriptum et rogatum' folgt B. e) 'Lorno' ? A. f) 'Pisanorum' B ausgeschrieben. g) 'Erivio' B. h) 'aschultavi' B. i) 'et dictus dominus Petrus' folgt B. k) 'aschultaverunt' B. l) 'qui' A; 'a' nachgefügt B. m) 'puplicavi' B. n) 'aschultatio' B.

1) Siehe später die Ausgabe.

fuerunt in presentia suprascripti domini Pis(anorum) potestatis et eius decreto et auctoritate, ipso pro tribunali sedente in presentia^a infrascriptorum notariorum et testium, videlicet (Folgen die Zeugen), testium ibi specialiter ad hec vocatorum et rogatorum. Ad petitionem Iohannini de Nassis notarii de Cremona presentis et petentis a predicto domino Pis(anorum) potestate et a me Francisco notario suprascripto omnia suprascripta fieri debere.

In civitate Pis(arum) in palatio potestatis Pis(ani) comunis positi in capella sancti Ambrosii. Presentibus suprascriptis testibus et notariis. Sub anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indict. quintadecima, die K(alend)arum Martii secundum cursum et consuetudinem notariorum civitatis Pis(ane).

Folgen die übrigen Notare.

Die Angaben über die Pisaner Provenienz all dieser Sentenzen sind höchst merkwürdig und ich werde auf Bedeutung und Zusammenhang dieser wichtigen Stellen an andern Orte zurückkommen, bei Gelegenheit einer Untersuchung über das Kanzleiwesen Heinrichs VII. während des Römerzugs, die ich vorbereite. Dort bin ich dann auch in der Lage, noch anderes wichtige Material heranzuziehen.

2. Die Privilegien Ludwigs d. B. von 1329 Jun. 21.

Was ich von Urkunden im Stadtarchiv zu Cremona sah, das bekanntlich jetzt hoch oben in einem der Thürme des schönen Doms aufbewahrt wird, ist ganz prachtvoll erhalten. Meist liegen die Urkunden einzeln gegen Witterungseinflüsse wohlgeborgen in ihrer Metallkapsel; Vermoderung und Mäusefrass sind ausgeschlossen. Wie jammernerwerth ist im Vergleich dazu der Zustand der Pergamene aus Heinrichs VII. Nachlass im Capitelarchiv zu Pisa, über den schon Ficker geklagt hat und der sich natürlich nicht zum Besseren gewendet hat, denn der Moderfrass sitzt dort nun einmal in den Urkunden drin.

Aber die Schätze in Cremona sind gänzlich ungenügend durchforscht, und wie ich an einem mir nahe liegenden Beispiel zeigen werde, liegt dort noch für die diplo-

a) 'suprascripti domini Petri et' folgt B.

matische Forschung das schönste Material beisammen. Hier ist eine Aufgabe für die jüngeren Gelehrten, die das Preussische Historische Institut in Rom entsenden mag. Nur eines muss schon mitgebracht werden: gründliche Kenntnis der Kanzleien unserer Kaiser. Denn daran hat es bisher gemangelt: was Ficker und Winkelmann aus Cremona bieten, ist ihnen von Cereda übermittelt worden, der ein sehr verdienstvoller Gelehrter gewesen sein mag, aber das Original eines deutschen Schreibers der Kanzlei Ludwigs d. B. konnte er von der Ausfertigung eines italienischen Schreibers nicht unterscheiden. Und ausserdem macht er sich und uns in höchst harmloser Weise aus zwei verschiedenen Stücken ein neues Mixtum zurecht, das nun als wirkliche Urkunde in Böhmers 'Acta imperii' 804 n. 1117 steht und dem Diplomatiker Ficker Probleme zu lösen giebt (s. seine Bemerkungen a. a. O.).

Ich ergreife hier die Gelegenheit, wo ich ohnehin auf meine Revision der Vorgänger zu sprechen komme, zu der die Arbeit an der Ausgabe der Constitutiones vielfach Veranlassung gegeben hat, ein Wort über die paläographische Unzulänglichkeit fast aller Vorarbeiten zu sagen. Dass Böhmer schlecht und der phantasievolle Th. Wüstenfeld noch schlechter lasen, weiss jedermann. Man vergleiche demnächst 'Constitutiones' III, 486 n. 505 mit dem Abdruck bei Ficker 'Forschungen' IV, 504 n. 497. Bei Wüstenfeld lag die Sache wohl auch an seiner fast unleserlichen Schrift. Aber man bedenke, welche Menge von K.-Urk. gerade durch ihn an Ficker und Winkelmann gegeben worden sind. Doch auch Ficker hat des öfteren schlechte Stunden gehabt und unbegreifliche Sachen gelesen. Von Fällen wie 'generoso' für 'gratioso' (grōso) zu geschweigen, las und druckte er gelegentlich 'iuxta scam' für 'iuxta formam' (Original von 1306), 'pro vice curie' für 'pro iure curie' (1309), 'pontarie officium' für 'potestarie officium' ('Acta' n. 1003) und dergl. mehr. Am schlimmsten waren für mich, der noch vor wenig Jahren an seine paläographische Unfehlbarkeit glaubte, die vielen Fehler, die eine so enorm wichtige Urkunde wie 'Constitutiones' III, 253 n. 258 enthält. Ich musste nunmehr nach erneuter Collation einen Carton herstellen lassen, der dem Halbband III, 2 beiliegen wird. Nur selten fand ich Fickersche Abdrucke absolut exact.

Von der ersten der Cremoneser Urkunden, über die ich berichten will, Böhmer 'Acta' n. 1117, existieren drei Ausfertigungen, die sich wie folgt von einander unterscheiden:

I. Original der Kanzlei Ludwigs, von deutscher Hand geschrieben (Caps. Cremon. signiert 799). 'LV DOWICVS', dann der Context bis 'persolvendam' ohne die speciellere Bekräftigung 'Huius — scripta'. Dann sofort: 'Ut autem presens privilegium robur obtineat perpetue firmitatis, presens privilegium inde fieri et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri. Dat. Papie, vigesima^a prima die mens. Iunii, duodecima indicione, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimonono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo'. Von der Besiegelung die Löcher. Rückwärts 'duplicat.'.

II. Original in Prachtausfertigung, von einem italienischen Schreiber geschrieben (Caps. Oblii signiert 1905). 'LVdouuicus', dann der Context bis 'persolvendam' mit folgender Bekräftigung 'Huius — scripta'. Dazwischen Monogramm. Dann unmittelbar: 'In cuius rei testimonium presens privilegium conscribi iussimus et nostra bulla aurea ac nostro imperiali signo mandavimus comuniri'. 'Datum et actum' u. s. w. 'Presentibus — convocatis'. Darunter mit anderem sehr charakteristischem Ductus und hellerer Tinte, also sicher eigenhändig: 'Ego frater Hanricus sacre teologie doctor fongens officio domini serenissimi Imperatoris canzelarj/ vice domini archiepiscopi Collon. Archicanzelarj per ytaliā recognoui'. Die Goldbulle ist jetzt abgefallen und wird anbei aufbewahrt.

III. Ausfertigung von einem italienischen Schreiber (Caps. Divers. signiert 338). Ungefähr wie der Abdruck bei Böhmer, nur im Context sind hier Zusätze aus II gemacht. Schliesst mit 'convocatis'. Die Recognitionszeile fehlt natürlich. Cereda hat die verschiedenen Exemplare vermischt (s. oben).

Man kann nicht mit unbedingter Sicherheit entscheiden, ob die Ausfertigung III gleichzeitig ist oder nicht. Zur Besiegelung, die sie doch ankündigt, ist sie jedenfalls nicht gelangt. Da nun von den beiden Urkunden vom gleichen Tage uns ebenfalls Ausfertigungen derselben Art und von demselben Schreiber vorliegen, wie hier, so bleiben nur zwei Möglichkeiten: entweder sind alle diese drei Ausfertigungen gleichzeitig, aber nicht zur Besiegelung gelangt, oder, falls sie zum Zweck der Erneuerung später als Petitionen eingereicht wurden, müssen auch von den beiden anderen Urkunden Exemplare mit Zeugen, d. h.

a) 'vigesimo' Or.

also Prachtausfertigungen mit Goldbulle existiert haben. Denn die Ueberlieferung aller drei Urkunden ist im übrigen ganz conform.

Vorhanden sind noch jetzt von 'Acta' n. 1118

I. Original von deutscher Kanzleihand (Caps. Cremae signiert 2369). 'LVDOVICVS'. Context hier mit der Formel 'Huius autem — scripta'. Danach sofort: 'In quorum omnium testimonium et robur presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Dat. Papie, vigesima prima die mensis Iunii, duodecima indiccione, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimonono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo'. Siegel fehlt.

III. Ausfertigung durch italienischen Schreiber mit Zeugen wie oben. Ohne Spur der Besiegelung. Gedruckt bei Böhmer.

Mit 'Acta' n. 728 verhält es sich entsprechend. Das Or. der Kanzlei liegt Caps. Cremon. sign. 854 und hat noch das grosse Wachssiegel gut erhalten an roth- und gelben Seidenfäden. Corroboratio und Datierung siehe 'Acta' a. a. O. Anm. 4. Die italienische Abschrift (ohne jede Besiegelung) mit Zeugen befindet sich in derselben Lade als n. 853¹.

Ueber solche mehrfache Ausfertigungen und ihr Verhältnis unter einander haben sich für die Zeit, um die es sich für mich handelt, die Diplomaten selten geäußert. Die Fälle sind freilich ziemlich selten und ich möchte hier nur erinnern an König Adolf 1294 Dec. 20 für das Thomaskloster in Leipzig (Böhmer, Reg. 227). Es existieren davon 2 Originale, das eine mit Siegel an rothgelben Seidenfäden (Leipzig, Rathsarchiv), das andere ohne Invocation und Zeugen mit Siegel am Pergamentstreifen (Dresden, Hauptstaatsarchiv). Vgl. Cod. dipl. Sax. reg. IX, 32, n. 42, wo über den Kanzleiursprung nichts gesagt ist. Für Ludwig d. B. vgl. E. Schaus 'Zur Diplomatie Ludwigs des Bayern' (1894) S. 45.

IV. Grenoble.

1. Archives Départementales de l'Isère.

Ich verzeichne eine Reihe von Kaiserurkunden und Reichssachen, bringe jedoch nur wenige davon zum Abdruck, da die übrigen in genügender Form publiciert sind.

1) In Astegiano 'Cod. diplom. Cremonae' II (1899) ist für diese Urkunden auf Böhmer verwiesen.

1305 Mai 31 König Albrecht. Gedr. N. A. XXIX, 604 n. IV aus dem Viennener Chartular. Or. *Série B.* 3164. Kanzleihand, mit grün-rothen Seidenfäden. Schon bei Valbonnais II, 123 n. 124.

1309 Mai 30 derselbe. Gedr. ebenda 605 n. V. Or. *B.* 3164. Kanzleihand, mit Siegel Schnitten.

1310 Aug. 30 König Heinrich VII. Gedr. ebenda 605 n. VI. Or. *B.* 3267. Deutsche Kanzleihand, mit Siegel schnitten. Stockfleckig.

1310 Oct. 30 Procuratorium Aymars von Poitiers. Or. *B.* 3564. Es wird eine offene Frage bleiben, ob nicht auch dieses Stück eigentlich zu den Resten der Kanzlei Heinrichs VII. in Turin gehört. S. unten zu 1312 Dec. 26. Die Dorsalien bieten leider keinen Anhalt. Unten n. I.

1311 Jan. 15 König Heinrich VII., Böhmer, Reg. 358. In Transsumpt von 1311 März 1. 2 Exemplare *B.* 3564. Unten n. II.

1312 (Dec.) derselbe; vgl. Böhmer, Reg. 514 und N. A. XXVII, 728. Transsumpt von 1313 Mai 17. *B.* 3668.

1312 Dec. 26 derselbe, Böhmer, Reg. 515. Concept *B.* 3566. Gehört zu den Turiner Resten der Reichskanzlei. Gerieth 1760 versehentlich unter die an Frankreich auszuliefernden Theile des Turiner Archivs. 'Les archivistes italiens, qui l'avaient catalogué, confondant par une erreure inexplicable la ville de Pise avec le commune de Pisançon dans le Valentinois, l'envoyèrent à la Chambre des Comptes de Grenoble avec les autres chartes de Valentinois, dont les contes de Savoie s'étaient emparés après la mort du conte Louis II. de Poitiers'. (Vgl. Inventaire-sommaire série *B.* III, 96.) Unten n. III.

1313 (Jan. 28) derselbe. Transsumpt wie vorher, ebenda. Unten n. IV.

1313 Jul. 17 derselbe, Böhmer, Reg. 559. Or. *B.* 3267. Siegelstreifen.

1343 Sept. 18 Ludwig der Baier, Böhmer, Reg. 2354. Copie in Form eines Libells von 8 Blättern *B.* 2958 fol. 640—647, die eine Lage ganz für sich bilden. Die Schrift ist gleichzeitig und zeigt französischen Schrifttypus. Am Schluss die Anweisung: 'Subscriptiones tabellionum scribuntur ut in aliis procuratoriis'. In verso: 'de facto Bauari'. Ich habe das Stück für die künftige Ausgabe collationiert.

I.

1310 Oct. 30.

Noverint universi et singuli hoc presens publicum instrumentum inspecturi, quod anno Domini millesimo trescentesimo decimo, videlicet die Veneris ante festum Omnium Sanctorum vir spectabilis dominus Aymar de Pictavia comes Valent. fecit et constituit suos certos et indubitatos procuratores generales et etiam speciales [et] quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis vel non occupantis deterior, set quod per unum inceptum fuerit, per alium valeat explicari, X dominum Aymarum de Pictavia filium suum primogenitum et dominos Guichardum de Clariaco dominum de Ruppedecluey¹. Guillelmum de Turnon. dominum Contaguyeti milites presentes et procurationis officium in se recipientes ad supplicandum sacratissimo principi domino Henrico Dei gratia digno Romanorum regi semper augusto² et ad impetrandum litteras, privilegia et rescripta et ad contradicendum litteris, privilegiis et rescriptis quibuscumque. Dans et concedens dictis suis procuratoribus et cuilibet eorum in solidum plenam, generalem, liberam et omnimodam potestatem conveniendi et reconveniendi, agendi et deffendendi, littem contestandi, de calumpnia et in animam suam iurandi et quodlibet aliud sacramentum prestandi, componendi, transigendi, sentencias petendi et audiendi, procuratorem seu procuratores substituendi et demum omnia faciendi et excercendi, que causarum merita postulant et requirunt et quecumque tunc^a co[m]mes fac]ere^b posset in predictis et pertinentibus ad predicta, si personaliter interesset. Ratum et firmum perpetuo habiturus, quicquid per dictos procuratores suos vel alterum eorum seu substituendos ab eis vel eorum altero in predictis et pertinentibus ad predicta actum, dictum fuerit sive gestum. Promittens sollempniter et sub ypotheca rerum suarum michi subscripto notario nomine quorum interest vel interesse poterit stipulanti, iudicatum solvi cum omnibus suis clausulis pro predictis suis procuratoribus et quolibet eorum et substituendis ab eis. Constituens se pro eis michi notario ut supra stipulanti pro iudicato solvi cum suis clausulis omni-

a) Unleserlich. b) Loch.

1) Ob La Roche-de-Glun n. Valence? 2) Um diese Zeit war Heinrich VII. in Turin. Aymar von Poitiers begegnet uns als Zeuge 1310 Nov. 24 gleich in der ersten Urkunde von Bernards Registraturbuch. Vgl. Doenniges, Acta I, 4.

bus fideiussorem et principalem in solidum debitorem et etiam pagatorem cum debitis renunciationibus et cautelis. Promisit etiam, quod tempore ferende sentencie, si opus fuerit, in iudicio intererit. Et hec omnia omnibus quorum interest vel interesse poterit docuit et manifesta fieri voluit per hoc presens publicum instrumentum.

Acta fuerunt hec Stelle¹ dyoc. Valent. in fortalicio dicti loci. Testibus presentibus ad hec vocatis et rogatis domino Guillelmo Glacerii iurisperito, R(aymu)ndo de Plyano notario, Iohanne Bernaudi de Ponzino, Guillelmo de Rocha dicto Branchas domicellis. Et me Rostagno Angeli notario auctoritate imperiali publico, qui predictis presens interfui et rogatus et requisitus per dictum dominum comitem hoc instrumentum publicum scripsi et signo meo consueto signavi. (S. N.)

II.

1311 Jan. 15.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili episcopo Valent. principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Gravem querelam nobilis viri Aymarii de Pict(avia)^a comitis Valent. recepimus continentem, quod licet ipse et predecessores sui comitatum Valent. tamquam domini et ipsius comitatus comites tanto tempore tenuerunt, cuius contrarii memoria non existit, tu tamen tuorum predecessorum non contentus limitibus huiusmodi comitatum tibi usurpas, te scribi in critis, monetis et nummis et nominari faciens comitem in sui preiudicium iniuriam et gravamen. Unde sinceritati tue damus firmiter in mandatis, quatinus a talibus desistere debeas nec aliquam novitatem contra modum et formam tuorum predecessorum incohes vel atemptes^b et si quid in contrariam per te atemptatum^b existit, hoc provide studeas revocare. Alioquin sibi super premissis providere cogitabimus de remedio opportuno^c.

Dat. Mediolani, XVIII. Kal. Febroarii, regni nostri anno tercio.

III.

1312 Dec. 26.

In² nomine domini amen.

Notum sit omnibus, quod dominus Iohannes Fazellus legum doctor civis Pisan(us) ac syndicus procurator et

a) Pictavia 2. b) attempt. 2. c) oportuno 2.

1) Étoile s. Valence. 2) Das Stück ist von der Hand des Ber-

nuntius specialis nobilium et prudentum virorum . . vicarii, anzianorum, consilii et comunis Pisan(i) habens ab eis ad infrascripta^a, prout patet instrumento publico per Thomasum quondam Lamberti de Castello Anselmi notarium publicum et cancellarie dicti comunis scribam confecto et eiusdem comunis sigillo munito, plenariam potestatem^a, se vice et nomine dictorum vicarii, anzianorum, consilii et comunis et pro ipsis coram illustrissimo et^b victoriosissimo^c principe domino Henrico Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto personaliter presentavit et eidem principi hoc mandanti, requirenti ac stipulanti concessit et promisit vice et nomine quibus supra causa et titulo mere donationis in subsidium solutionis stipendiorum gentium ipsius domini et aliorum negotiorum suorum et imperii, quod ipse syndicus sive iidem vicarius, anziani, consilium et comune dicto domino imperatori vel eius camere seu cui et quibus personis et in loco vel locis, ubi idem^d imperator solvi mandaverit, ducenta milia florenorum de Florentia boni et puri auri et legitimi ponderis modo et terminis infrascriptis et ex causa predicta persolvent. Videlicet quod de dicta summa sibi vel dicte camere et^e cui vel quibus personis et in loco seu locis ubi dictus^f dominus imperator solvi mandaverit sexaginta milia in Ianuario, triginta milia in Februario et triginta milia florenorum in Martio proxime venturis ac residuum ad beneplacitum et requisitionem eiusdem domini imperatoris facient simul et separatim, prout per ipsum principem mandatum fuerit numerari et integraliter exhiberi^g. Obligans prefato principi stipulanti dictis vice et nomine ad hec omnia et singula et alia, que ad predicta pertinere noscuntur, vicarium, anziani, consilium et comune predictos et omnia et singula bona mobilia et immobilia ipsius comunis in quibuscumque castris, villis, terris, bonis et rebus aliis consistentia, que constituit prefatos vicarium, anziani, consilium et comune pro eodem principe precario possidere usque ad

a) 'habens — infrascripta' sowie 'plenariam potestatem' auf kräftiger Rasur von ursprünglicher Hand. b) 'illustrissimo et' von B. durchgestrichen. c) 'et illustrissimo' von B. hier zugesetzt. d) 'dominus' von B. über der Zeile nachgetragen. e) gestrichen; 'aut' über der Zeile von B. f) gestrichen; 'idem' über der Zeile von B. g) 'sub pena dupli' über der Zeile von B. nachgefügt.

nardus de Mercato einheitlich durchcorrigiert. Alle Aenderungen, Streichungen, Zusätze, die ich verzeichne, rühren also von ihm her, wenn nichts anderes vermerkt ist. Die definitive Ausfertigung siehe dann bei Doenniges, Acta II, 191.

integram solutionem dictorum ducentorum milium florenorum dictis modo et terminis faciendam et ad observationem omnium et singulorum predictorum ac^a refectionem dampnorum et interesse, que dictus princeps ac ille vel illi quibus solvi mandaverit ut est dictum substituerint, et expensarum, que pro parte ipsius domini vel aliorum predictorum facte fuerint, propter defectum solutionum huiusmodi vel alicuius earum faciendarum, sicut superius est expressum. Ac renuntians vice et nomine quibus supra exceptioni doli mali, vis metusve causa, conditioni indebiti, sine causa vel ex iniusta causa, in factum actioni^b, omni privilegio, statuto seu^c consuetudini et privilegio fori spetialiter ac etiam omni^d iuris auxilio, per quod^e dictus syndicus vel iidem vicarius, anziani, consilium et comune possent contra premissa vel aliquod premissorum seu ab eis vel eorum aliquo dependentia aliquatenus se tueri necnon et iuri dicenti generalem renuntiationem non valere. Insuper^f prefatus syndicus vice ac nomine quibus supra iuravit ad sancta Dei euangelia in animas dictorum vicarii, anzianorum, consilii et comunis corporaliter tacto libro predicta omnia et singula observare et totaliter adimplere ac observari sine defectu facere ac totaliter adimpleri^f.

Actum in domo que dicitur de Bonfillazis prope Sanctum Cassianum Florentin. dioc., ubi tunc prefatus dominus imperator castra tenebat, sub anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo tertiodecimo, indict. XI, regni eiusdem domini imperatoris anno quarto, imperii vero primo, die XXVI. Decembr. In presentia mei et magistrorum Bernardi de Mercato de Yenna et Pardi^g de Pisis notariorum^h ad hec una mecum rogatorumⁱ necnon et horum testium, videlicet venerabilium in Christo patrum dominorum Henrici Tridentin. et fratris Nicolai Botrontin. episcoporum et etiam illustrium dominorum Amedei Sabaudie et Iohannis Foresii comitum et prudentum virorum domini Egidii thesaurarii eiusdem principis et dominorum Iohannis de Vestino ac Bartholi de Spoleto iurisperitorum ac horum civium Pisanorum Bandutii Boncontis, Petri eius filii, Ranerii Gualterotti, Cole Thomasii et domini Iohannis Rossi militis ad hec vocatorum et rogatorum.

a) gestrichen; 'et' über der Zeile von B. b) 'privilegio fori' hiernach über der Zeile von B. c) von B. getilgt. d) 'privilegio — omni' von B. getilgt. e) 'seu quam' hiernach über der Zeile von B. f) 'Insuper — adimpleri' von B. getilgt. g) 'Leop' über 'P' von B. h) von B. getilgt. i) 'notariorum' hiernach über der Zeile von B.

(S. N.) Et ego Iohannes quondam Petri de Urbino publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius huiusmodi concessioni, promissioni, obligationi, renuntiationi, iuramenti prestationi^a et aliis premissis una cum prefatis magistris Bernardo et Pardo^b notariis^c interfui ipsaque in hanc publicam formam redeggi et scripsi rogatus me una cum prefatis magistris Bernardo et Pardo^b subscribendo et meum signum solitum apponendo.

(S. N.) Et ego Bernardus de Mercato de Yanna Bellicen. dyoc. sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius supradictis concessioni, promissioni, obligationi, renuntiationi, iuramenti prestationi^a et aliis premissis omnibus una cum prefatis magistris Iohanni et Pardo^d notariis interfui et huic presenti publico instrumento manu predicti magistri Iohannis de Urbino conscripti me subscripsi ipsumque signo meo consueto una cum signo ipsius magistri Iohannis signavi rogatus.

Die beiden Notariatszeichen und Notariatsvermerke sind mehrfach durchstrichen. Rückwärts ganz verwischt von Bernhardus' Hand: 'Copia obligationis cois pis de C milibus flor.'. Ferner von Hand des 15. Jh. (Schrift des Liber litterarum imperialium): 'Non registratur, quia ut infra cancellatum est, eciam quia originale habetur nec tangit dominum'.

IV.

1313 Jan. 28.

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus provide viro magistro Petro de Bona medico ac familiari suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Levantes in circuitu oculos nostros et videntes guerrearum turbines, discensiones et scandala, quibus humani generis inimicus sacrum imperium et subditos sibi populos per varias mundi partes turbat et vexat, post diversas nostre diligentie curas, que pro ipsorum procuranda quiete^e ac obtate pacis comodis promovendis, prout ad precelsum cesaree maiestatis officium pertinet, nos assidue interpellant, principes, marchiones, comites, barones, nobiles, civitates, fideles ac vassallos nostros et imperii, quos ad hoc principatibus, regalibus, feudis, privilegiis, concessionibus et aliis gratiis suis predecessores nostri divi auxerunt augusti, ut

a) 'iuramenti prestationi' von B. getilgt. b) 'Leop' über 'P' von B.
c) 'presens' hiernach über der Zeile von B. d) 'Leo' über der Zeile
vor 'Pardo' von B. nachgetragen. e) aus 'quieta'.

tanquam gratitudinis filii exaltationis imperii, ubi eorum status, honor et tranquillitas procurantur, pro sua particulari sollicitudine, ad quam ipsos fidelitatis astringit debitum, fructuosi promotores et eius servitores existerent, in istis nostre imperatorie dignitatis primordiis, cuius solempnia in nobis sunt divino nutu completa, esse deliberavimus convocandos, ut per eorum directionem, consilium et auxilium tam super rebellium nostrorum de Ytalie partibus insolentibus propulsandis et imperii recuperandis bonis et iuribus, quam super nonnullis aliis tractandis et ordinandis negotiis statum imperii, christianitatis et orbis tangentibus, ad quorum ordinationem presentia eorum requiritur, salubriter procedere valeamus. Habentes igitur de fide tua^a fidutiam specialem, te in Burgundiam provinciam duximus transmittendum, facientes te procuratorem et nuntium nostrum specialem, committentes tibi pariter et mandantes, quatinus ad dictas terras seu provincias accedas et per te vel alium seu alios, quos ad hoc expedire videris, universos principes ecclesiasticos et seculares, duces, marchiones, comites, barones, nobiles, civitates et quosque alios fideles vassallos nostros et imperii in dictis terris, provinciis et etiam in ipsis terris contiguis constitutos ex parte nostra roges in fidei debito, quo^b nobis et imperio astringuntur, requiras et peremptorie moneas et cites, ipsis nichilominus et cuilibet ipsorum auctoritate nostra imperiali sub pena privationis principatum, regalum, feudorum, ducatum, marchionatum, comitatum, privilegiorum, gratiarum, concessionum et aliorum omnium, que a nobis et imperio mediate vel immediate tenere dinoscuntur, mandes et precipias, quatinus zelum, quem ad magestatem nostram, prosperitatem imperii statumque christianitatis et mundi pacificum gerunt, hac^c vice per effectum ostendentes, in prima die mensis Maii venturi proximo, quam ipsis et aliis, quos ad hoc vocari fecimus, pro termino peremptorio assignamus, cuilibet ipsorum cum decenti armatorum commitiva, prout statum eorum et celsitudinem nostram imperialem decebit, ac civitates per suos syndicos et nuntios honestos similiter cum decenti armatorum commitiva se nostro conspectui representent, nobis in premissis debitum obsequium et salubre consilium et auxilium impensuri. Concedentes nichilominus [tibi]^d plenam potestatem ordinandi, tractandi et concordandi cum ipsis et etiam cum aliis, qui nobis et

a) 'Habentes — tua' auf Rasur. b) 'q'. c) aus 'ac' corr.
d) fehlt.

imperio non sunt astricti, de qualitate et quantitate servitii et de personis mittendis pro illis, qui ex causis legitimis impediti personaliter venire non possunt. Ratum et gratum habituri, quicquid in hoc^a per te vel tuum substitu[tu]m rationabiliter actum fuerit in premissis. De presentationestrarum litterarum, monitione, requisitione et citatione predictis, quo die^b, loco et termino et quibus presentibus facta fuerint, tibi tamquam nuntio nostro iurato, qui ut omnia et singula tractare supradicta et exequi debeas, fideliter sacramentum nobis prestitisti, dabimus plenam fidem. Contra non venientes seu non mittentes, si saltem infra alium mensem predictum Maii mensem et^c immediate sequentem, quem ipsis prorogare possis, si secundum locorum distantiam^d brevitatem temporis videris expedire, non venient, ad penam legitimam processuri. Presentium testimonio litterarum nostre magestatis sigilli robore signatarum.

Datum apud Montem Imperialem in castris super Florentiam, V. Kal. Febr., anno Domini MCCCXIII, indictione XI, regno nostri anno V, imperii vero primo.

2. Bibliothèque publique de Grenoble.

Ms. 1422 (R. 80 tome IV der Sammlung Chorier-Allard)¹ fol. 130 n. 332 gebe ich unten in exactem Abdruck, da der übrigens auch nicht überall erreichbare Druck von A. Prudhomme im 'Bulletin de l'academie delphinale' 4. sér. t. 8 (1894), Grenoble 1895, p. 534 ein paar Lesefehler enthält².

Ms. 1425 (R. 80 tome VII) fol. 3—6 gehören eng zusammen und bilden eine Lage; fol. 5. 6 ist Beilage zum 'Memoriale factum super petitionibus faciendis domino Karolo quarto imperatori Romanorum, quando venit Gratianopolim, mense Maii 1365', das fol. 3. 4. steht. Alles ganz gleichzeitig. Die Zeitangabe des 'Catalogue général' Départements VII, 442: 'Fin du XVI. siècle' ist gänzlich falsch. Fol. 379 sq. (4 Blatt) derselben Hs. gehören dazu und bilden vielleicht das Concept. Fol. 7—10 gehören nicht dazu, wie man nach dem 'Catalogue' vermuthen möchte.

a) 'o' aus 'a'. b) aus 'de'. c) so. d) aus 'instant'.

1) Fast alles verstreute Archivalien des Departementalarchivs.

2) Seinerzeit hat zuerst Fournier 'Le Royaume d'Arles et de Vienne' (1891) p. 442 Anm. 1 auf den Brief aufmerksam gemacht, jedoch unter falscher Angabe der Aufbewahrung.

(1344) März 3.

Exellentissime¹ princeps et domine amantissime.

In generalem Christi fidelium noticiam iam est diu devenit, quod dilecti fratres ordinis Predicatorum, Redemptoris nostri speciales filii et precones, in partibus Alamanie et terris vobis subiectis de XVII conventibus fuerunt proscripti pariter et banniti, ex eo quod olim adhererunt^a et inconcusse adherent processibus sancte Romane ecclesie, servando continue interdictum positum per plures Romanos pontifices in partibus antedictis, et ob hoc fratres ipsi dampna plurima et dampnosa dispendia temporalia et spiritualia sunt pluribus annis in partibus eisdem perpassi, cum ibi locus tutus eis pro refugio non remaneat, set tanquam profugos eos oporteat per diversas regiones dispergi. Quia igitur ad fratres predictos, qui sub extrema paupertate viventes per ministerium suum salutem animarum procurant, extendamus totis visceribus nostre caritatis affectum, vestram magnificentiam ex corde duximus presentibus deprecandam, quatinus pro divina et apostolice sedis reverencia et obtemptu precum nostrarum fratres eosdem habeatis in suis neccessitatibus commendatos, ut scilicet libere et absque difficultatis obstaculo per vos et vestros permittatis eos ad omnes conventus unde banniti fuerunt redire, ut quocius et liberius Redemptori nostro valeant famulari. Congruit enim, quod^b principes et reges fideles tales religiosos habeant familiares, quod ipsorum curia ex familiaritate huiusmodi reddatur sincera, ut inde eis divine gratie premium et favoris Romane ecclesie proveniat incrementum. Ad tollendum autem adversa quolibet de terris vestris parati sumus toto conamine laborare.

Datum Auinion., III. die mensis Marcii.

Vester Hymbertus
dalphinus Viennen.

Pergament. Rückwärts keine Adr., also wohl der Correcturen wegen nicht ausgefertigtes Original.

a) so Or. b) über der Zeile nachgetr. Or.

1) Die Orthographie ist genau beibehalten. 1344 ist der Delfin in Avignon.
